

capillare L., c. fr., *Mnium serratum* SCHRAD., c. fr.; *Mnium spinulosum* BR. EUR. c. fr., *Pogonatum urnigerum* P. B. transiens ad var. *humile* SCHPR., c. fr.; *Polytrichum alpinum* L., c. fr.; *Plagiopus Oederi* (GUNN.) c. fr.; *Pterigynandrum filiforme* (TIMM) c. fr.; *Homalothecium Philippeanum* (SPRUCE), c. fr.; *Brachythecium salebrosum* BR. EUR. c. fr.; *Br. glareosum* BRUCH in var. *rugulosum* PFEFFER transiens, *Ptychodium plicatum* (SCHLEICH.) cum *Rhacomitrio canescenti* vel *Distichio capillari*, *Plagiothecium silesiacum* (SEL.) c. fr.; *Hypnum stellatum* HEDW.

In saxosis supra pagum Törcsvár: *Tortula muralis* (L.) var. *obcordata* SCHIMP., c. fr.; *Anomodon viticulosus* (L.) c. fr.

Comitatus Fogaras. In monte et cacumine montis Királykö supra Zernest: *Cephalozia curvifolia* DUM. cum sporog.; *Santeria alpina* NEES, *Fegatella conica* CORDA, *Sphagnum cuspidatum* (EHRH.) WSTF., *Desmatodon latifolius* (HEDW.) c. fr.; *Didymodon giganteus* (FUNCK) JUR., *Ulotia crispa* (HEDW.) c. fr.; *Mnium rostratum* SCHRAD., c. fr.; *Mn. orthorrhynchum* BRID., *Brachythecium salebrosum* (HOFFM.).

In loco «Vleduska» montis Királykö: *Sphagnum cuspidatum* (EHRH.) WSTF.

Comitatus Pest: In monte Oszoly prope Pomáz: *Plagiochila interrupta* (NEES) DUM. cum *Metzgeria furcata* LDBG.; *Radula complanata* (L.) cum spor.

In monte Pilishegy supra Pilis-Szántó: *Lophocolea heterophylla* (SCHRAD.) DUM. cum spor. et var. *multiformis* NEES (in ligno putrido); *Radula complanata* (L.) cum spor.; *Weisia crispata* (BR. GERM.) c. fr. cum *Encalypta vulgari* (HEDW.) HOFFM. var. *obtusa* BR. GERM.; *Mnium rostratum* SCHRAD. c. fr.; *Orthotrichum affine* SCHRAD. c. fr. cum *Frullania dilatata* DUM. ♂; *Ditrichum flexicaule* (SCHL.) var. *densum* BR. EUR.; *Catharinaea undulata* W. et M. var. *polycarpa* O. JAAP c. fr. cum *Thuidio delicatulo* MITT.; *Thuidium Philiberti* LIMPR., *Pylaisia polyantha* (SCHREB.) c. fr.; *Eurhynchium crassinervium* (TAYL.) ♀ in puris caespitibus et cum *Brachythecio velutino* BR. EUR. var. *praelongo* BR. EUR. et *Hypnum Sommerfeltii* MYRIN, c. fr.; *Brachythecium Starkei* (BRID.) c. fr.; *Hypnum incurvatum* SCHRAD. c. fr.

Ad ripas insulae Csepel prope Budapestinum: *Hypnum polycarpum* (non HOFFM.) Bland.

Megjegyzések néhány keleti növényfajról.

Bemerkungen über einige orientalische Pflanzenarten.

Von: } Dr. A. v. Degen (Budapest).
Irrta: }

XLIV. Verbascum Dieckianum Borbás et Degen n. sp.

E sectione *Thapsus*. Humilius aut elatius, albifloccoso-tomentosum dein magis glabrescens, caule superne paniculato-ramoso,

foliis inferioribus confertis, oblongis, breviter decurrentibus crenulatis, supra tenuissime tomentellis vel glabratibus et pube brevissima sub lente tantum apparente obductis, virescentibus, subtus cum caule albo-tomentosis, tomento etiam reticulato, superioribus ovato-lanceolatis sat sensim, nec longe acuminatis, *bracteis* basi dense lanatis, superne glabratibus, viridi-flavescentibus, e basi lata, rotundata caudato-acuminatis, summis rotundato-deltaideis, sat dense imbricatis, quodam modo eas *Salviae Aethiopidis* in mentem revocantibus; *pedicellis* brevibus (2–3 mm. longis) lanatis; *calycibus* fere ad medium quinquefidis, tubo dense albo-lanato, lobis ovato-lanceolatis, extus glabris, viridibus, intus pilosis; *corollis* mediocribus (diam. $2\frac{1}{2}$ cm.), citrinis, extus tomentellis, intus $\pm$ glabrescentibus et dense punctulatis; *filamentorum* inaequalium *lana albidula*, *antherae* filamentis duplo circiter breviores; *capsula* ovoidea, glabrata.

Habitat in Albania inque Macedonia. In declivibus prope Ueskueb die 18/VII. 1891 detexit beatus et am. DR. ED. FORMÁNEK (exemplaria in herb. DRIS. DE BORBÁS), dein a. 1893 ibidem semina hujus plantae legit et in horto suo plantas educavit cel. DR. GEORGIUS DIECK zoeschensis. Formam simplicem prope Malo Bidzo Macedoniae die 4/VIII. 1899 legit div. DR. FORMÁNEK (exempl. in herbario DRIS. DE BORBÁS).

Proximum *Verbascum Laguro* F. et M., a quo differt inflorescentia $\pm$ ramosa, indumento alieno, parciore (e. gr. calyces non occultante), floribus multo minoribus, calyces tantum duplo superantibus, bractearum forma. A *Verb. australi* SCHRAD. (*V. phlomoide* auct. non. L.) differt colore herbae albicanti, floribus minoribus, tomento haud crasso, flocco partis superioris plantae florendi tempore deciduo, bractearum tenerrimarum, glabratarum forma singulari, calycem lobis extus glabratibus, etc. A *Verb. bulgarico* VELEN. foliis non acute dentatis, nec demum viridibus, a *V. crenatifolio* Boiss. habitu, foliorum forma ac indumento, foliis caulinis mediis haud decurrentibus etc. procul distat, a *V. thracico* VELEN. quocum bractearum forma convenit, indumento, foliorum forma, bractearum calycumque indumento etc. differt, a *V. niveo* TEN. quocum solum foliorum forma convenit, fere omnibus characteribus abhorret. Plantam hanc elegantem DR. G. DIECK zoeschensi, de cultura arborum, fruticum herbarumque alpinarum meritis dicavimus.

Buda-Pestini, Idibus Martii 1905.

A Sesleria Bielzii Schur anatomiai viszonyairól, összehasonlítva a *S. coerulans* Friv.-ével.

Közli: DR. Györfly István (Makó).

(Két táblán 9 ábrával.)

A «Magyar botanikai Lapok» II. évf. 8. számában THAISZ L.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1905

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): Degen Árpád von

Artikel/Article: [Megjegyzések néhány keleti növényfajról. Bemerkungen über einige orientalische Pflanzenarten. 82-83](#)